



Articuli conciliati inter purioris doctrinae novos ministros, ab anno Domini 1519 usque ad annum praesentem scilicet 1546.

<https://hdl.handle.net/1874/416812>

ARTICVL CONCILIATI IN.

ter purioris Doctrinæ nouos Minis
tristros, ab Anno domini.

1519. usq; ad annum
præsentē scilicet.

1546.

M. D. XLVI.

HOM~~A~~LOVS M~~A~~
rius Rhomæus pio lectori.

Qualis in obscura densatis Cynthia nocte,
Nubibus, ex aliqua parte micare solet.
Qualis & in fumo crepitans scintilla coruscat.
Cantharides lumen fundere quale solent.
Talis & Aucteris inter mendacia fulgor,
Emicat, & radijs proditur ipsa suis
Hoc tibi monstrabit liber hic, fuligine terfa,
Obscuris promens que latuere locis.

PVRIORIS DOCTRINÆ SYN- ceri Euāgelistæ, Fratribus Pon- tificis Romani hostibus.



RATI^A nobis O pax. Satis iam abundeꝝ hactenus sustinuimus repræhensiones, obiurgationes, ac calumnias eorum qui sub Romani Idoli signis militare uidentur, quasi nos hactenus a renato Euangelio, omnia Ecclesiæ Catholicæ sancta dogmata conuulserimus, aut illorum aliquot non suo loco habuerimus. Quoniam uero ex ore inimicorum testimonia contra nos, merito nobis præiudicare non de-

A 2 bent,

bent, prouocamus omnes pios discipulos
nostros, immo & Pontificios etiam,
ad nostras, nostrorumq; lucubrationes,
quas in profectum Ecclesiæ, magnola-
bore, non uno loco, nec uno tempore
(sed omnes postq; à Papatu defecis-
mus) & nos & nostri conscripsis-
mus, euulgauimus, et ut decet piis Ec-
clesiæ, ac purioris doctrinæ ministros,
adhuc agnoscimus, Non enim sumus
sicut plurimi adulterates uerbum Dei,
sed ex sinceritate, sicut ex deo, coram
deo, in Christo loquimur. Cognosci-
mus enim omni remoto scrupulo, illud
esse uerissimum Dei uerbū, quod præ-
dicamus (M. Luth. Ducibus Saxo-
niæ) Censuram timentium deum neu-
tiq; horremus, quia nullo respectu ter-
reno, in hanc arenā descendimus. Enim
uero.

vero D. Lutherus uir dei , omnibus
seculis commemorabilis, qui ut unus ho-
stes ueritatis deijcit, ita Christum sine
exempla memoriae omnium atatum ab
Apostolis , præclarissime explanat
(Vu. Capito in responsione) Sic
Zwinglius ueritatem Dei non minus
pie & cordate toti Orbi prædicavit.
(Bulling. ad Principem Cattorum)
Idipsum dicimus de Ph. Melachthoni,
qui ubiq; dextré ac fœliciter Euange-
licas interpretatur literas (Anto.
Coruinus in Collo.) Nobis enim,
gratia dei datum & concessum est,
nosse Scripturas, interpretari & co-
gnoscere Christum, quod citra Spi-
ritum sanctum nullo modo fieri posse ne-
modubitat (Luth. in Catechismo)
Doctrinam item nostram sanctam es-

A ; se &

se & ueram, euicit compluribus scri-
ptis ille sanctæ memoriae antecessor
noſter, H. Zuinglius, & inculpatæ
uitæ, et incomparabilis eruditionis uir
Ioan. Oecolampadius (H. Bulling-
ad principem Cattorum) Causam e-
nim iustissimam tuemur, in qua non du-
bitamus quicq; subesse fraudis (H.
Zuinglius ad Rheygium) Hinc est
quod hoc noſtro ſeculo, quotquot ſunt
bonæ conſcientiæ ex animo gaudent,
hanc doctrinam puram Euangeliū, ſic
dono inenarrabili Dei productam fa-
liciter in lucem, & quaſi diuinitus re-
natam, ut rursus ſciri poſſit, quæ uera
via ſit conſequendi æternam Salutem,
quæ uera dei cognitio, & quid per
Christum acceperimus (I. Jonas E-
piscopo Argentinien) Nos certe
nullius

nullius noui dogmatis in Ecclesia uel
autores uel defensores existere uolumus
(P. Mel. Oecolampadio) Quæ
cum ita sint, confidenter Confessionem
hanc fidei, siue hos Ecclesiæ nostræ &
prioris doctrinæ Articulos, legite, re-
legite, amplectimini, discite, et alios do-
cete. Nō uos remorētur ab horū lectio-
ne Papistarum sophismata, non eorum
dem conuitia, non alia nostra scripta
quaæ sub tyrannide Romani Tyranni
forsitan nobis exciderunt. Hos enim
Articulos scripsimus, postq; iugum
intollerabile Pontificis excussum, &
nos leui iugo Christi submisimus, postq;
columbā, insigne sz. Spiritus sancti hu-
meris Lutheri nostrit inuolasse quā per
spectum habuimus, nostramq; de hac
re sententiam & scriptis & picturis

declarauimus, postque tandem nos ueram
Sacrarum literaruum intelligentia cōsecu-
tos esse diligenter testati sumus. Non e-
rubescimus Euāgeliū Christi, nihil re-
tractamus, nihil negamus, non ignoran-
tes quanta fortitudine Euangelium si-
mus professi, nec quot principes, populi,
ac Republicae nobis fidē adhibuerint.
Satis ac plusque satis est semel in Papib-
stico regno desipuisse, Renouatum Euā-
gelium constantes requirit professores,
Quis enim uel cōmuni sensu præditus fi-
dem adhiberet ei, quem certo sciret à
Papatu ad Lutheranismū, à Luthe-
ranismo ad Zwinglianismum, à Zwin-
gianis rursum uel ad Lutherum, uel ad
Papam, uel ad Anabaptistas defecis-
se. Quære peregrinum, nos tales non su-
mus. Extant Libri nostri, uiuunt multi
audito-

auditores nostri, nec desunt ex P̄tifi-
cij q̄ nobis testimonio esse possunt, quā
p̄ie, quā diligēter, quāta cōstātia, quāta
cōsonātia, et plane uno spiritu, de rebus
ad Religionē pertinētib. docuerim⁹, ac
scripserim⁹. Hæc igitur præfati in no-
stri defensionē, et uestrā utilitatē, mitti-
mus uos ad Artitulos nostros, qui
nō ab uno homine cōsarcinati (sicut alij
Cōfessionū libelli) sed à nobis omnibus
cōscripti sunt his locis et tēporibus, quæ
abūde testari possunt nos in nullius uel
gratiam, uel fauorē, uel inuidiā illos e-
uulgasse. Amicus Plato, amicus So-
crates, Sed magis amica ueritas. Gras-
tia Domini nostri Iesu Christi cū om-
nibus uobis. Ex concilio nostro Por-
ciadiano, libero ac Germanico. Non.
Septemb. 1545.

A 5 Nomenclatura

NOMENCLATVR
eorum quorum in praesenti Syno-
do sententiae conscriptae recis-
tatae & euulgatae sunt.

D. Martinus Lutherus

- | | |
|----------------|--------------------|
| P. Melanchton. | A. Carlostadius |
| V. Rhegius | H. Zwinglius |
| I. Brentius | I. Occolampad. |
| A. Coruinus | M. Eucerus |
| H. Pheniceus | W. Capito |
| I. Kymeus | H. Bullingerus |
| V. Obsopaeus | O. Myconius |
| C. Ryß. | I. Caluinus |
| V. Theodorus | E. Ritter |
| Conf. Augustus | Synodus Bernensis. |
| I. Jonas. | |

Articule

ARTICVL FIDEI PRÆCIPVI.

Primus.

DE TRINITATIS

Mysterio.



CCLESIAE magno Ex Consensu apud nos docet, fessione Decretum Nicenæ Synodi, de unitate essentiae diuinæ, & de tribus personis, uerum, & sine ulla dubitatione credendum esse. Viz delicit quod sit una essentia diuina, quæ & appellatur, et est Deus, eternus, incorporeus, impartibilis, immensa potentia, sapientia, bonitate, creator & Conseruator omnium rerum, visibilium, & inuisibilium, & tamen tres sint personæ, eiusdem essentiae, & potentie, & coeternæ, Pater, filius & Spiritus sanctus. Et nomine personæ utuntur ea significatione, qua usi sunt in hac causa scriptores Ecclesiastici, ut significet non partem aut qualitatem in alio, sed quod proprie subsistit.

Damnam omnes haereses, contra hunc artis culū exortas, ut Manichæos qui duo principia pia pones

pia ponebant, Bonum & Malum, item Valentianos, Arianos, Eunomianos, Mahometistas, & omnes horum similes. Damnant & Samosatenos, ueteres & Neotericos, qui cum tantum unam personam esse conténdant, de uerbo & de spíritu sancto astute et impíe rhetoricantr, quod non sunt personæ distinctæ, sed quod uerbum significet uerbum uocale, & spíritus motum in rebus creatum.

Damnamus ex sententia Zuinglianorum, et præcipue Buceri, Martinum Lutherum, qui utramq; naturam in Christo confundere solet: & hoc in negotio Eucharistiae. Vide Disputa. Bernen. Conclusio. i.

DE PECCATO originali.

Bucerus **in Cap.** **Rom. 5.** **Confessio** **Augusta.** **C**Redimus peccatū Originale ab Adam nobis innatum esse, & perceptum hereditario: esseq; peccatum eiusmodi, ut condemnet omnes homines. Et si nobis non succurisset Dominus noster Iesus Christus sua morte & uita: necesse fuisset nos ex hoc peccato æternum mori, nec unquam pervenire in regnum Dei, & fœlicitatem.

Damnat Pelagianos, et alios qui uitium originis negat esse peccatum, & ut extenuent gloriam

gloriam meriti & beneficiorum Christi, disputant hominem proprijs uiribus rationis, co-
ram Deo iustificari posse.

Damnant Zuinglium qui nomen quidem Melanch.
peccati originis retinuit, rem uero ipsam sustu in Cap.
bit. Est enim in illius libris (ut Bucerus scri-
bit) ante conuentum Marpurgensem æditis,
quod admittat aliquam suspicionem huius
erroris.

DE INCARNATIONIS mysterio.

ITem docent, quod uerbum, hoc est, filius
Dei assumperit humanam naturam in utero
Beatæ Mariæ uirginis, ut sint duæ natu-
ræ, diuina & humana, in unitate personæ in-
separabiliter coniunctæ, unus Christus, uere
Deus, & uere homo, natus ex uirgine Maria,
uere passus, Crucifixus, mortuus, & sepultus,
ut reconciliaret nobis Patrem, & hostia esset
non tantum pro culpa originis, sed etiam pro
omnibus actualibus hominum peccatis.
Idem descendit ad inferos, & uere resurrexit
tertia die, deinde ascendit ad cœlos, ut sedeat
ad dexteram patris, et perpetuo regnet & do-
minetur omnibus creaturis, sanctificet creden-
tes in ipsum, misso in corda eorum spiritu
sancto

sancto, qui regat, consoletur ac uiuifet eos,
ac defendat aduersus diabolum, & uim pecca-
ti. Idem Christus palam est redditurus, ut iudiz-
et uiuos & mortuos &c. iuxta Symbolum
Apostolorum.

Damnamus ergo impia illa scripta Luthe-
ri, qui blasphemias euomit in nomen Ho-
mousion; itē Melanchthonis scribentis Chris-
tum in Cruce desperasse.

Damnamus Zuingliū, Oecolampadiū, et Bu-
cerū, qui negat Christū ad inferos descendisse.

Damnamus eosdem, quoniam negant Chri-
stum à mortuis rediuiuum, per clausas ianu-
as, ad suos discipulos intrasse.

DE IVSTIFICA- TIONE.

Bucerus:

NOstra enim hæc fides est, cum natura
simis filijs iræ omnes, ut quorum cun-
cta cogitatio à puerō ad malum pro-
pendeat: Cumq[ue] nemo non gloria dei, hoc est
diuinæ sortis communione destituatur, adeo,
ut renasci nos oporteat è supernis, non esse in
nostris iuribus, ut ab innata nobis prauitate
nos asseramus: nec in ullis nostris operibus, ut
uel peccatorum abolitionem, vел iustitiæ facul-
tatem nobis ipsi parcimus. Cum igitur ex noz-
bis

bis nihil quam offendere Deum possumus, &
ante gratiam nostri innouatricem, mala tan-
tum merita habemus, ut D. Augustinus sub-
inde prædicat: Deus ex sua ipse bonitate no-
bis peccata remittat, & ad iustitiam reginet
necessa est. Id uero statuit Ihs quos ad uitam
elegit præstare, intercedente satisfactione Do-
mini nostri Iesu Christi &c,

Atqui Augustinum sequuntur Scolasti-
ci, Magister enim senten. Cuius commentarij
Scolasticis sacro sancti sunt, fidem D. Au-
gustini, hoc loco, sequitur. Hinc iactatum il-
lud in omni Schola, Hominem, primam gra-
tiam mereri non posse, & ut quicquam me-
reatur & præuenientem, & cooperantem Dei
gratiam, Vim certam Spiritus sancti requi-
ti. Etenim quod M. Sententiarum in hac re
concludens, scripsit hominem semper & pec-
care, & non peccare posse, ut semper nos liberi
confiteamur arbitrij: id intellexit de naturali
(ita ipse ibidem loquitur) aptitudine, quam
mens hominis habet ad credendum, uel dili-
gendum: quæ tamen non nisi gratia Dei præ-
uenta, & credit & diligit &c. Hæc M. Buce-
rus aduersus Rob. Abrincen. Episcopum.

Quia uero danda est opera, ne quem uel uer-
bulo offendamus, nemo grauari debet, cum
uidet

uidet offendit homines, quod sancti scribunt.
Nos S O L A F I D E saluari, adjicere, uiua,
formata, per dilectionem efficaci, aut quid hu-
iusmodi. Nam qui offenduntur hoc dicto, pu-
tant eos, qui illud usurpant, iustitiam in ina-
nibus animi cogitationibus collocare, bono-
rum operum studio tanq; frustraneo repu-
diato. Ut igitur ne ueris quidem quisq; offen-
dendus est, ita satis habeo, V O C I B V S
V T I S C R I P T U R A E, et dicere, Iustum
fide uiuere, fide nos iustificari, et saluari, omis-
so quod tantopere offendit, S O L A : tum et
haec ipsa interpretari, ac dicere, Fide gigni-
tur in nobis Dei amor, hic paret studium uir-
tutum omnium, totosq; perficit ac beat, nihil
pigebit. At nolim et simul sanctiss. Patres, qui
ex scripturis, suū S O L A, mutuati sunt, ideo
dānari. Verbis certe, dū de sensu constat, offen-
di, Christianorum non est. Hæc M. Bucerus
in Psal. 2.

Iustitia dei quid aliud fuerit, quam Legi
eius parere? Iam lex impletur dilectione
proximi: quæ ut illi nihil facit mali, ita nullo
non officiorum genere demererit studet, quæ
et uera legis opera sunt. Horum autem om-
nium operum radix fides est, qua ut Deo se
homo penitus cōmittit et addicit, ita in eum
quo transformatur, eiusq; adflatus spiritu,
Deum in omnibus refert. Et hinc est quod no-
stri iustificatio, Fidei tribuitur. Iustificamur si-
quidem

quidem, hoc est iusti, per nulla opera (quæ bona, ipsi nondum boni, nulla prestare possumus) sed per fidem reddimur. Tum autem iusti sumus, cum iusta operamur, & ex iustitia uiuimus, addicti iuxta legem, usibus proximorum. M. Buce. in cap. Ioan. 6.

Damnamus Concionatores in Saxonia Philipp. Lutheranos, qui & si doceant nos fide iustifica deuisita, tamen nō docent quomodo ad fidem illam ^{Saxo.} perfueriamus, sed serè omnes doctrinam pænitentiae (citra quam nemo quid fides sit intelligere potest) negligunt ac porro obmitunt. Et nunc multi fidem & remissionem peccatorum docent, pœnitentiam nō docent. At Philipp. fides nihil est sine pœnitentia, nisi inane somnium in Epistola: niū: Sic enim scripsit Esaias cap. 66. Vbi habet ad Coabitabit Dñs: In spiritu cōtrito & humiliato. lossen.

DE MINISTERIO

uerbi & Sacramentorum.

VT hanc fidem consequamur, institutum est ministerium docendi Euangeli, & porrigendi Sacra menta. Nam per uerbum et sacramenta, tanq̄ per instrumenta do natur spiritus Sanctus, qui fidem efficit, ubi & quando uisum est Deo, in ihs qui audiunt Euā gelium, scilicet quod Deus nō propter nostra merita, sed propter Christū iustificet, hos qui credunt, se propter Christū in gratiam recipi.

B Dam

Damnamus Anabaptistas & alios, qui sentiunt spiritum Sanctum contingere sine uerbo externo hominibus per ipsorum preparaciones & opera. Hec ex Confessio. Augustana.

Repudianda est et Zuinglij, et similium opinio, qui cancum ciuili more iudicant de signis illis. Signa & sacramenta tantum notas esse professio*n*is inter homines. Vide Melanch. Ro. 4.

Repudianda est & Anabap. opinio qui singunt Sacra*m*enta non esse signa misericordie & fidei. Sed tantum nostrorum operum symbola &c. Idem Ibidem.

DE FIDE ET Operibus.

Non imus inficias, iustificari nos etiam ex operibus, ut D. Iacobus dixit: repedit enim Deus unicuique secundum sua opera. Et non qui legem audiunt, sed qui faciunt iustificabuntur. Rom. 2. Sed ista nostri iustificatio, id est ultima uitae æternæ adiudicatio & exhibitio, nascitur & pendet ex iustificatione fidei, ex qua & ipsa bona opera proueniunt, & habent id, ut, licet ex se nihil minus ualeant, uitam æternam nobis mereantur. In de fane quod per fidem iam Deus nos inter filios suos habet, nostra ex eius spiritu patrata opera ipsi tati sunt, tantaque compensare mercede

cedē dignatur. Nos enim inutiles serui sumus
etiam cum omnia perfecimus, quæ nobis præ-
cepta sunt: Ita principium, medium, & Con-
sumatio salutis nostræ, ut gratia sola constat,
ita sola fide percipitur, semperq; uerum est,
Qui credit in Christum, eum habere uitam æ-
ternam &c.

Et ubi uera fides adfuerit, ibi tam non pos-
sunt bona opera non consequi, quam non po-
test arbor bona, non ædere bonos fructus, &
filius Dei non agere pro ingenio Dei, et Spir-
itus sanctus nō facere quæ sūt placita Deo etc.

Sed nec de meritis pugna est: ea nulli reij-
tinaus. Etiam uitę æternę. Dixit enim Domi-
nus. Si quis sua causa quicq; reliquerit, id eum
hic recepturum Centuplum, & in futuro sæ-
culo uitam æternam. Mercedem etiam non
raro paciscitur. At quid dicemus merita? bo-
na ne an mala opera? Mala nostra sunt: bo-
na preparat in nobis deus, ut in illis ambu-
lemus. Ephe. 2. Et Augustinus ad Sixtū præf-
byterum, quem citat Magister Dis. 28.

Quid est meritum hominis ante gratiam,
Cum omne bonum nostrum meritum, non
in nobis facit, nisi gratia? Et Thomas A-
quinas fatetur totum quod est hominis bo-
num esse à Deo, nec posse illum mereri
quicquam ultra id, quod Deus ex ulronea
bonitate per se decreuit bonis operibus re-
pendere, ad quæ tantum ipse nos excitat

B 2 & mouet.

& mouet, eaque perficit. Ea itaque simul nostra opera sunt, quia nostra uoluntate operamur: & domini dona, quia eius dorentur gratia & perficiuntur spiritu, quo ipse uoluntatem nostram præparat, operaturque in nobis & uelle & efficere. Inde scribit D. Augustinus in eadem Epistola. Cum coronat, deus merita nostra, nihil aliud coronat, quam munera sua &c. Hæc M. Bucerus hactenus ad Episcopum Abrincensem.

Iacobus ergo quum fidem iustificare negat, non de uera illa, uiua, & efficaci, perq; charitatem operante fide intelligit, Cui in scripturis iustificatio & salus tribuitur, sed eam (quam iactant quidam) quæ non fides (tametsi eam ita appellent) est, sed potius opinio, taxat & reprobat, quam & idcirco mortuam fidem appellat, quod Charitate (quæ uera uita est) careat: Et post pauca.

De fide uera & uiua vide Apostolum ad Hebre. ii. Illic disces fidem absque operibus esse non posse, non magis quam si ignis sit absque calore, aut bona arbor, bonum fructum non ferat: Ut non immerito Iacobus fidem absque operibus mortuam dixerit. H. Zuinglius in Epistolæ D. Iaco. Cap. 2.

DE ECCLESIA.

Item

Item docent quod una sancta Ecclesia per-
petuo mansura sit. Est autem Ecclesia Con-
gregatio sanctorum, in qua Euangeliū re-
cte docetur, & recte administrantur Sacramē-
ta. Et ad ueram unitatem Ecclesiæ, satis est co-
sentire de doctrina Euangeliū et administratio-
ne Sacramentorum. Nec necesse est ubiq; esse si-
miles traditiones humanas, seu ritus aut Cere-
monias ab hominibus institutas. Sicut inquit
Paulus, una fides, unum Baptisma, unus Deus
et pater omnium etc. Ex Confessio. Augustana.

Vna uera est Ecclesia, id est, Congregatio
Sanctorum ubiq; terrarum, in Asia, Aphrica
& Europa, in qua est unus Deus, pater omni-
um, unus dominus Iesus Christus, unus spiri-
tus, una doctrina Euangeliū, una fides, unum
Baptisma, una spes, eadem Sacra menta, in illa
est Christus Caput, nos membra &c. Vrba.
Rhegius in Catechis.

Ecclesiam Romanam præ Cæteris Eccle-
sias à Deo honoratam suisse, non est dubium.
Nam Romæ D.D. Petrus & Paulus per 46.
annos Pontifices fuerunt & aliquot Centena
milia martyrum suum sanguinem pro Chri-
sto fuderunt, mundum et infernum sic uincentes
ita ut uel palpari queat Deum peculiari quo-
dam affectu illam prosequi. Quamuis autem
lam, heu dolor, Romæ peius agatur quam
conueniret, tamen nulla causa tam grauis est
aut erit unquam, qua merito quis se ab illa sea-

parare debeat. Imo quanto peius Romana Ecclesia habet, tanto magis illi & accurrendum, & succurrentum fuerit, eisq; magis inherendum. Nam discessionebus nihil proficies. Adde quod Christus propter Diabolum deseriri non debeat. Lutherus in Excusatione Artis cularum suorum.

Ingenue profitemur apud veteris Ecclesiæ Patres, Romanam Ecclesiam præ cæteris Præmatuim obtinuisse eum ut quæ Cathedram D. Petri habeat, cuiuscq; Episcopi successores Petri, ferè semper habitu sicut Bucer us in Præparatorijs ad Concilium Cap. 6.

AN ET QVOMODO in Ecclesia mali.

Ex Con.
feß. Augu-
stæ.

Quæ Ecclesia propriæ sit congregatio sanctorum & uere credentium, tamen cum in hac uita multi hypocritæ & mali admixti sint, licet uti Sacramētis, quæ per malos administrantur iuxta uocem Christi, Sedent Scribæ & Pharisæi in Cathedræ Mosis &c. Et Sacra menta & uerbum propter ordinationem & mandatum Christi sunt efficacitatem, etiamsi per malos exhibeantur.

Damnant Donatistas & similes, qui negabant licere uti ministerio malorum in Ecclesia & sentiebant ministerium malorum inutile & inefficax esse.

Ecclesia nunquam fuit sine Hypocritis, ad
Iuditium ergo usq; in medio Ecclesiæ erūt Ec H. Bullin.
clesiæ proditores, corruptores, atq; latrones.
Sunt quidem huiusmodi conciues sanctorum in caput
quemadmodum seditiosi ciues honestorum Math. 13.
Conciues esse iudicantur. Nemo tamen illos
iudicæ uel fideles esse ciues, ac dignos bono-
rum ciuium præmio, attamen omnes ciues es-
se fatentur; ita habet & pessimorum homi-
num in Ecclesiæ Dei sancta numeratorum ra-
tio. Necq; enim proderit his aliquando quod
nunc consortes uocantur Ecclesiæ atq; sancto
rum, cum Ecclesiæ sint proditores impuri at-
que prophani. Dabunt ei aliquando pænas
commeritas, qui ueniet inquisitus, qui nam
induti sint candida illa nuptiali ueste, rursus
qui prophana amicti ueste, dolose se ac im-
puidenter immiscuerunt consortio, siue Eccle-
siæ sanctorum? Commentar. in Math. Cap.
lib. 6. H. Bullingerus,

DE BAPTISMO.

D E Baptismo docent, quod sit necessa= Confessio
rius ad salutem, quodque per Baptis= Augustat
mum offeratur gratia Dei. Et quod
pueri sint Baptisandi qui per Baptismum ob-
lati Deo recipiantur in gratiam Dei.

Damnant Anabaptistas, qui improbant baptismum puerorum & affirmant pueros sine Baptismo saluos fieri.

Deus in Baptismate abluit et remittit nobis peccata omnia. Non enim est signum inane & inefficax. Nam significat & operatur magna. V. Regini Catechismus.

Significat item Baptismus pænitentiā, uel mortificationem ueteris hominis, et uiuificationem ac remissionem peccatorum. Idem.

Atque hæc tanta opera, non tantū in Baptismate significantur, sed uerè sunt, per spiritum Sanctum acceptum in Baptismo.

Datur enim sp̄ritus sanctus in Baptismate, qui sanctificat Baptizatum, & ex filio iræ, factit filium gratiæ : & carnem cum concupiscentijs crucifigit per omnē uitam &c. Haec etenim Regini Cate.

Interrogatus quid Baptismus sit, ita responde: Non esse prorsus aquam simplicem, sed eiusmodi, quæ uerbo Dei inclusa sit, ac per hoc sanctificata ita ut nihil aliud sit, quam diuinæ aqua, non quod aqua per se sit alia prestantior, sed quod ei uerbum ac præceptum Dei accesserit. M. Lutherus in Catechismo.

Baptismus mirifica res est, eripiens nos à risu Diabolico, Deum nobis donans promunere proprio, peccatum opprimens & auferens, demum in dies singulos nouum hominem fortificans. Ibidem.

Dante

Damnantur Anabaptistæ, qui potissimum è Zuingiana secta perinde atq; è Troiano Equo prodeunt. Anto. Coruinus in Dialogis.

Anabaptistæ ex ea nobis natione prodierunt, & hanc nostram regionem, turbulentissimis semine relicto turbarunt, ex qua Dominus mira alias nobis bona contulit, nimis Saxonū. Martinus Bucerus in cap. Matth. 9.

DE COENÆ Domini.

DE cœna Domini docent, quod corpus & sanguis Christi uere ad sint & distri- Confessio buantur uescientibus in Cœna Domini=Auguste ni, & improbant secus docentes.

Iam pridem Zuinglianos in Cœne negotio cœcutire, áq; Scripturæ Analogia aberrare probatum est, & Anabaptistæ, qui potiss. è Zuingiana secta, perinde atq; è Troiano ex quo prodeunt, erroris iam pridem conuicti sunt etc. Antonius Coruinus in Dialogis, non longe à fine.

Carlostadius primum excitauit hunc tumultum (circa negotium Euchristiç uidelicet)

B v homo

homo ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine
sensu communi, quem nullum unquam hu-
manitatis officium aut intelligere, aut facere
animaduertimus, tantum abest, ut in eo signis-
ficatio aliqua spiritus sancti animaduersa sit
Philip. Melanchto ad Fridericum Myconiu.

Speciem uerbi Dei adferunt Lutherani, uer-
bum Dei non adferunt, id quod Hæretici pas-
sim facere solent, omnesq; uolunt uideri uer-
bo Dei niti. Ioan. Oecolampa. in Dialogis
aduersus Melanchto.

Ideo illud nequaquam leuiter estimandum
est, atq; à mundo fit, & pleriq; phanatici spiri-
tus à Diabolo decepti super Sacramento &
alijs erroribus impiè garriunt, non esse super
uno articulo ita pertinaciter digladiandū &c.
nec alios propterea Satanæ tradendos, qua re
Christianæ charitatis uinculum rumperetur.
M. Luth. in Cap. Ephe. 4.

Pomeranus & huic similes seductores non
habent fidem sed opinionem in negotio Cœ-
næ: & hoc ex ignorantia uerborum Cœnæ.
Conradus Ryß. ad Pomeria.

Nos credimus & docemus, quod Christi
Corpus uere ac corporaliter in Cœna mandu-
catur & summitur: quomodo uero hoc acci-
dat, aut quomodo Christus in pane sit, nesci-
mus, nec nos illud scire refert, Lutherus de
verbis Cœnæ Domini.

Ex domini nostri Iesu Christi institutione
corpus

corpus & sanguis Domini uere præsentia sunt
in Cœna, & non tam ab dignis quā indignis
accipitur: ab his quidem ad condemnatio-
nem, ab illis uero in remissionem peccato-
rum. Ioan. Kymæus. Eadem habet Luthe-
rus ad Concilium.

Sæpe confessus sum, etiam apud Papistas (si
ordinationem Christi obseruant, licet altera-
tantum speciem laicis administrent) nihilomi-
nus uerum Corpus Christi in Eucharistia &
esse, et sumi.

Et rursum iam confiteor his præsentibus
scriptis, corā Deo et uniuerso mūdo, me certo
credere, nec dubitare (uolo itē auxiliante Iesu
Christo seruatore meo, usq; in diem illum in
hac sententia persistere) Vbicunq; iuxta uer-
ba Christi Missa egelebratur siue apud nos Lu-
theranos, siue apud Papistas (etiam si tantum *Vide in*
alteram speciem administrent, quod tamē in= *fra de*
iustum est & abusus) ibi esse sub specie panis *utraq; spe*
uerum Corpus Domini quod pro nobis pe= *cie sacra*
pendit in cruce, & sub specie uini uerum Chri-
sti sanguinem pro nobis in cruce fusum. *menti.*
Et quod hoc Corpus & hic sanguis, non tan-
tum à dignis sed etiam ab indignis uere et ad-
ministretur & sumatur corporaliter (non
tamē uisibiliter) manibus, ore, calice, pate-
na &c. Lutherus hæc in Apologia contra
Missam priuatam.

No*n*

Nos serio iudicamus et uere decernimus
H̄ereticos esse & ab Ecclesia Christi abscessos
Zuinglianos & omnes Sacramentos chuer-
meros, qui negant Christi Corpus & sanguis
nem corporali ore in uenerabiliss. Sacramen-
to Eucharistiae sumi. Lutherus contra Artis-
culos Louanien. Anno. 1545.

In nostra doctrina nullus Articulus est tam
clarus, atq; ille qui est de institutione Cænae
Christi : nam uerba aperta sunt, dilucida, &
clara. Vitus Theodoricus contra D. Paulum
Catholicum Ratisbonæ. Conciona.

Nota. Fideliter Consulo, ut si quis certo sciat su-
um pastorem Zuinglianam profiteri doctri-
nam, diligenter ab ipso caueat, nec in uita sua,
unquā Sacramentum altaris ab ipso accipiat,
imo prius uitam suam in periculum ponere
debet quam à Zuingliano Eucharistiam acci-
pere. Lutherus ad Francofordianos.

DE ADORATIO- ne Eucharistie.

Q Vandoquidem ego sine omni hæsita-
tione credo benedictum hunc Panem
(in Cæna) uerum esse Corpus Domini,
& sic esse quemadmodum ipse dixit, hoc
est ueri ac uiuentis Christi Corpus: & bene-
dictum

dictum Vinum sanguinem Christi, nihil dubitauerim quin Corpus & sanguinem domini in summa ueneratione habere debeam. Es possum dicere, sicut Thomas, Dominus meus & Deus meus. Et sicut Centurio. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. etc. Carolstadius ad Albertum Durerium. Huic contradicit M. Vitus Theodorus cum Zuinglianis.

Panem & Vinum in Cæna Domini pecuniariter ac præcipue ideo ueneror, quod sciam ex pane Corpus, ex uino uero sanguinem Christi factum esse. Carolstadius de Adoratione signorum Noui Testamenti.

Non sequitur, quia Christus panem & uinum propter adorationem nō instituit in Cæna, ideo nos non debere uinum & panem in Sacramento uenerari & adorare. Nec sequitur, Christus panem, uinum, uel Carnem & sanguinem suum non ideo commendauit nobis ut illa ueneremur & adoremus: ergo non debetur illis uel ueneratione uel adoratio. Certe debemus et oportet nos illa in summa ueneratione habere. A. Carolstadius ad Albertum Durerium.

Dicimus & hoc de Venerabili Sacramento, quod hoc debemus uenerari, coram ipso flectere genua siue inclinari, aperire caput, etcetera eius generis non negligere, hæc autem exhiberi

exhiberi non debent panis & uino quæ uidemus, sed corpori et sanguini Christi quæ licet præsentia non uidemus. *Vitus Theodoricus contra D. Paulum Ratisbonen. Concionatio rem Catholicum.*

Qui non tradit Corpus & sanguinem Christi in Eucharistia esse, merito illa nec corporaliter nec spiritualiter adorat: Qui uero credit (qd' ut fiat multis ac sufficienter probatum est) haud non poterit sine piaculo Christo suum denegare honorem. Cogor siquidem confiteri Christum hic adesse, ubi corpus et sanguis eius est: nam hec ab illo discreta uel separata esse nequeunt. *M. Luth. de adoracione Eucharistie. In eodem libello liberum facit cuiq; Eucharistiā uel adorare, uel nō adorare.*

Christus in Sacramento adorari debet, sicut est in propria sua esentia, naturaliter et personaliter in cœlo ad dexterā paternę gloriæ. *Ex Dialogo Lutheriani Catechismi Anno. 1522.*

De Sacramento corporis et sanguinis Christi probe conuenit, eo scilicet, dum, ut Dominus ipse instituit, exhibetur, uerū adesse et exhiberi, corpus, uerumq; sanguinem Domini nostri Iesu Christi, quem etiam dum hoc mysterium, ita ut Dominus ipse instituit, admisstratur, adorandum in spiritu et ueritate a sentimur et adoramus ipsi, *Bucerus in de Aetis Colloquiū Ratisbonen. pag. 55. b.*

De

DE VTRAQVE Specie Eucharistiae administranda.

Quod populis utraqꝫ species Sacram̄tū
ti administratur, non reprehendo, nec
rejcio, imo possem usum hunc serua-
re. Nemo tamē debet haec in re aliquam NE-
CESSITATEM facere. M. Lutherus de
utraqꝫ specie Sacramenti,

Si ueneris ad aliquem locum, ubi populo
Eucharistia sub una tantum specie administra-
tur, sis et tu unica specie contentus. Idem Lu-
therus in eodem libello.

Verum Corpus & sanguis Domini apud
Papistas est, etiam si unicam tantum speciem
Eucharistie populis exhibeant. Luthe. in
Apologia priuatæ Missæ.

Quoniam pulchrum quidem esset utraqꝫ
specie Eucharistiae uti, & Christus hac in re nō
hilit tanqꝫ NECESSARIUM præceperit, pro-
staret pacem & unitatem (quæ utiqꝫ Christus
præcepit) sectari, quā de specieb. Sacramēti cō-
cedere. M. Lut. ad Bohemos, in quo libro eti-
scribit neutrā specie simpliciter esse necessariā.

Nō dixi, neqꝫ cōsului, neqꝫ est intentio mea,
ut unus aut aliquot Episcopi, propria authori-
tate incipiāt alicui utramqꝫ faciem porrigere,
NISI ita constitueretur ac mandaretur in
Concilio Generali. M. Luth. in declaratione
Eucharistie.

Note.

AN

AN EUCHARISTIA Morituris administranda?

Hoc in negotio, sunt qui per omnia sensiunt cum Ecclesia Catholica, in eo uidelicet, quod iudicant hominibus infirmis Eucharistiam esse exhibendam nam hoc Sacramentum non parum confirmare hominis moribundum animum. Bullingerus uero diuersum censet, & multi alij, sicut hoc ipsum uidere quilibet poterit in illorum Catechismis, Synodis, et preparationibus ad mortem. Lutherus etiam in libello de utraque specie Sacramenti iam olim uidebatur morituris nolle Eucharistiam administrari. Verum haec tenus institutum mutauit. Eadem diuersitas est apud illos de preparatione ad sumendum Eucharistiam. Alij enim huic præmittunt confessionem: hanc alij rursum reuiciunt. Haec ex scriptis Lutheri, Carlstadij, Buceri, Bullingeri, Mycosenij, & aliorum disces.

DE MISSA ET huius Sacrificio.

*Confessio
Augusta.*

Falso accusantur Ecclesiae nostræ, quod Missam aboleant, retinetur enim Missa apud

apud nos, & summa reuerentia celebratur.
Seruantur & usitatæ Ceremoniæ ferè omnes,
praeterquam quod Latinis Cantionibus ad-
miscentur alicubi Germanicæ, quæ additæ
sunt ad docendum Populum. Nam ad hoc
opus est Ceremonijs, ut doceant imperitos, &
quosdam exciter uere ad timorem aut fidem
ac orationem tractatio uerbi Dei. Et nō mo-
do Paulus præcipit ut lingua intellecta popu-
lo in Ecclesia, sed etiam ita constitutum est hu-
mano iure.

In Missis nostris nihil uel dicimus uel faci-
mus, quam quod Christus, Cum dixit & fe-
xit, tum dicendum & faciendum mandauit.
Bucerus in Respon: de Cœna domini ad
Murnerum.

Itaq; existit in Sacra Cœna, Summum Sa-
crificium. Non modo Laudum, sed ipsius
Christi, sed et nostri ipsorum. Eius enim, quod
se Christus in Cruce obtulit, Vim & fructum
hic cum percipimus, cum fratribus, pro modo
sacri ministerij & arcanæ Sanctorum inter se
societatis, communicamus, indeq; non pos-
sumus nos non totos domino consecrare, idq;
benignis Eleemosynarum largitionibus, mi-
nimos Domini, studiose testari.

Hisce de causis non solum prisci Patres, sed
Scholastici quoq; Sacram Cœnam Domini,
Sacrificium uocauerunt. D. Chrysostomus
in Episto: ad Hæbreos Hom. 17. Pontifex

autem noster, ille est, qui hostiam mundanitatem
nos obtulit: ipsam offerimus & nunc, quæ
tunc oblata pridem, consumi non potest. Hoc
autem quod nos facimus, in Commemora-
tionem quidem sit eius, quod factum est. Hoc
enim facite, inquit, in meam Commemo-
rationem. Non aliud sacrificium, sicut Pon-
tifex, sed idipsum semper facimus, magis
autem Recordationem Sacrificij operamur.
Et Augustinus de Ciuita: dei lib. 10. Cap. 6.
Hoc est enim sacrificium Christianorum:
multi unum corpus sumus in Christo, quod
etiam Sacramento altaris Fidelibus nato
frequentat Ecclesia. Vbi ei demonstratur,
q̄ in ea oblatione quam offert, ipse offeratur.

Item Cap. 20. Vnde uerus ille mediator
in quantum formam serui accipiens, media-
tor effectus est Dei & hominum, homo Chri-
stus Iesus, Cum in forma Dei sacrificium
cum patre sumat, cum quo & unus est Deus:
tamen in forma serui maluit sacrificium es-
se quam sumere, ne uel hac occasione quis-
quam existimaret cuilibet sacrificandum esse
icreaturæ. Per hoc & Sacerdos est, ipse offeres,
ipse & oblatio. Cuius rei sacramentum, quo-
idianum esse uoluit Ecclesiæ sacrificium, cum
ipsius corporis ipse sit Caput, & ipsius Ca-
pitis ipsa sit Corpus, tā ipsa per ipsum, quam
ipse per ipsam suetus offerri. Huius uero fa-
cificij multiplicia, uariaque signa erant pri-
scæ

sea sanctorum , cum hoc unum per multis
ta figuraretur , tanquam uerbis multis res
una diceretur , ut sine fastidio multum
commendaretur. Huic summo ueroque
Sacrificio , cuncta Sacrificia falsa cesse= =
runt : Sic scribunt de hoc Sacro omnes Pa= =
tres.

Thomas Aquinas Quest. s3. affirmat Ce= =
lebrationem Eucharistiae dupli ratione di= =
ci immolationem Christi , & quia sit que= =
dam imago representativa passionis Christi ,
& quia in ea percipitur effectus passionis
Christi. His apud nos nemo contradicit :
hoc modo addimus , quod & Thomas non
tacuit , eos solos participes fieri huius sacri= =
ficij , qui sunt uiua membra Christi , hoc
est , qui ut ipse loquitur , coniunguntur huic
Sacramento per fidem & charitatem. Hæc
nostra est de Sacrae celebratione Euchari= =
stiae , quam Missam uocant doctrina : in qua
cum nihil penitus insit , quod non tradide= =
runt , quotquot Catholici Scriptores haben= =
tur , & ipsa Christi Ecclesia , semper obserua= =
uit , hic quoque nihil Aduersarius habet , cur
hærefoes crimen impingat. Hæc hactenus
ex Responsione M. Buceri ad Robertum
Episcopum Abrincensem.

Quodad Canonem Missæ adtinet , alibi fate= =
tur Lutherus se habere quod pro illo dicere
possit : & Oecolampadius sibi non esse

C a pericu

periculoseum Canonem, iam olim ad Hedio-
nem scribens, fassus est. His adde disputatio-
nem Satanæ cum Luthero ex libello contra
Missam priuatam, & nihil erit quod te in Mis-
sa Catholicorum offendat.

DE CONFES- sione.

Confessio
Augusta.

DE Confessione docent, quod absolutio
priuata in Ecclesijs retinenda sit, quam
quam in Confessione non sit necessa-
ria omnium delictorum enumeratio. Est enim
impossibilis iuxta Psalmum, Delicta quis in-
telligit?

Infirmus debet pura Confessione (præci-
puè maiorum criminum, & quæ tunc post
diligentem præmeditationem cogitationi suc-
currunt) se præpare ad mortem. M. Lutherus
de præparatione ad mortem.

Priuata absolutio tam necessaria est in Ec-
clesia, atq; Baptismus. Philipp. Melanch. in
2. Cor. Cap. 2.

Persualum habe eum non esse uere Christia-
num, qui confessionem & absolutionem con-
temnunt. V. Rhegius in Catechismo.

Si quis dicit Lutherum uelle abolere con-
fessionem, impudenter contra illum mentitur.
H. Phras

H. Phænicæus contra Bullam Romanam.

Quod autem sacerdotibus præcipue contendum ueteres censuerunt, causa fuit, quod horum sit alijs ad docendum, monendum & consolandum esse instructiores. M. Bucerus in Math. Cap. 3.

Confiteri ergo Christianus debet, & Deo semper, & saepe ministro uerbi, ad minimum quum ad Mensam Domini accessurus est, ut audiat uerbum Christi ex ore Ministri, qui per os Ministri nos absolvit a peccatis nostris, nam Christus dedit claves Regni Cælorū Ecclesiæ. Vrbanus Rhegius in Catechis.

Damnantur ergo qui Confessionem contemnunt ac reñciunt, H. Zuinglius : Oecolæ padius, Bullingerus, Myconius & alij.

DE PÆTIA.

pœnitentia.

DE Pœnitentia docent, quod lapsis post ^{Confessio} Baptismum contingere possit remissio ^{Augusti} peccatorum, quocunq; tempore cum conuertuntur. Et quod Ecclesia talibus redemptibus ad pœnitentiam absolutionem immis partiri debeat.

Vtiliter recensetur inter sacramenta, & sacramentum pœnitentie, ut tanquam loco pos-

sita illustriore , magis conspicatur , & apud Ecclesiam magis nota sit &c. Melancht. in poste: Locorum æditio. Pag. 120.

Pænitentiam non esse signum, nihil obscurum est, Est enim pænitentia ueruſtatis nostræ mortificatio & renouatio spiritus. Sacramentum eius uel signum , non aliud nisi Baptismus est. Idem in prioribus locis. Pag. 86. b.

Pænitentia est planè innouatio quædam uitæ , per Christi fidem , quam nifi uera à peccatis conuersio præcesserit , nec quicquam pænitentiam dixeris. Anto. Coruinus Colloquiorum Pag. 4.

Euangelica pænitentia est conuersio peccatoris ad Christū, habens tres partes, contritionem, fidem in Christum, fidei fructus, bona opera. Vrba. Rhegius in Catechis. Gal. 4. b.

Quod quidam fidem sub pænitentia complectuntur, pugnat cum eo quod Paulus in Actis dicit, sed Iudeis ac Gentibus testificatum in deum pænitentiam et fidem in Iesum Christum : Vbi tanquam duo diuersa pænitentia & fidem enumerat. Et post pauca. Et si separari non possunt, distinguitamen debent, Calvinus in Institutione.

Pænitentia est uerus quidam , & altissimus ob admissa dolor , nostrique fastidium, & displicentia , quæ coniunctam tamen firmam de criminum remissione fiduciam habet.

det. Berna. in Synodo Capite 14.

Pænitentia Euangelica est, accepta gratia
peccatorum per fidem in Christum, perpetuum
mortificandæ carnis uitæq; ad uoluntatē do-
mini formadæ studium, sed alacre, irremissab;
sed iubens meditatio. Bucerus in Cap. Math.

¶ Pag. 53.

Damnant Anabaptistas, qui negant semel Confessio
iustificatos posse amittere spiritum sanctum. **Augusta.**
Item qui contendunt quibusdam tantam per-
fectionem in hac uita contingere, ut peccare
non possint. Damnantur & Nouatiani, qui
nolebant absoluere lapsos post Baptismum,
redeuntes ad pænitentiam.

DE USU SACRA-

mentorum.

DE USU Sacrauentorum docent, quod Confessio
Sacramenta instituta sint, nō modo ut **Augusta.**
sint notæ professionis inter homines
sed magis ut sint signa & testimonia uolunta-
tis dei erga nos, ad excitandam & confirmā-
dam fidem in his qui utuntur proposita. Itaq;
utendum est sacramentis ita, ut fides accedat,
quæ credat promissionibus, quæ per Sacra-
menta exhibentur et ostenduntur.

Damnant Bullingerum, qui in caput R. 4 scribens, dicit alienum esse à D. Pauli instituto docere, quod Sacra menta, hoc est, signa exter na interioris hominis fidem fulciant, uel con firment uel conferant.

Sacra menta sunt mysteria Domini & Ec clesiarum, per quæ uelut externis quibusdam initijs Christus offertur. Bernates in Synodo sua cap. 19.

Sacramentum duas res potissimum com plectitur, Verbum nimirum & rem. Verbo gratia promittitur, Re, promissam gratiam ratam fore declaratur. Anto. Coruinus in Colloquijs suis,

Sacra menta non sunt instituta tantum, ut sint professionis signa coram hominibus, si cut Toga signum Romani ciuit erat: sed sunt tradita, ut per ea coram Deo erigantur corda nostra, & fidem concipient. Adebat Deus & impellit ac mouet corda, per hæc quæ auribus atq; oculis percipimus. Philip. Melanch. ubi patrum sententias super negotio Eucharistiae colligit.

Damnamus igitur Lutherus qui in Arti culis hanc propositionem, quæ tam continen ter sequitur posuit. Hæretica est, sed usitata sententia, Sacra menta Nouæ legis dare gratiam illis qui non ponunt obicem,

Nec audiendus est Bucerus qui in præfatio ne Epistolarum Zwingli scripsit, suas ipsorum, hoc

hoc est Zwinglianorum Ecclesias non aliter docere de Sacramentis, quam ipse scripturæ tradunt, sancti patres docuerunt, & Ecclesia hactenus à tempore nati Christi obseruauit.

DE ORDINE EC.

cllesiastico.

DE ordine Ecclesiastico docent, quod *Confessio* nemo debeat in Ecclesia publice doce= *Augusta.* re, aut Sacra^menta administrare, nisi *Bucerus* rite uocatus.

Et quia spiritus, S. Cuncta facit ordine, *contra Lc* & certa ratione constituunt sibi Christiani, *tomum* ubi cuncti tales conuentus habere possunt, *ex pag. 126.* hoc ipso spiritu quo uiuunt & aguntur, com- munes nouæ in Christo uitæ Magistros, ac uerbi Dei, & Sacramentorum ministros et procuratores. Hi omnium & singulorum cus- ram plane paternam gerunt, & in unum hoc incumbunt, ut singuli aucti fide Christi, in uita Dei proficiant, & si quis in ea langueat & debilitetur, aut in morbum aliquem incidat, & uulnus accipiat quo minus actiones nouæ uitæ instare possit, ut is per uerbum Dei statim corroboretur, confirmetur, et sanetur.

His religionis & nouæ uitæ, procuratoriis caeteri ex animo parent, & eos ut patres,

C v amant

amant atque uenerantur. Interim tamen unusquisque peculiariter sibi commendatos & domesticos, ac alio quouis modo coniuctos, docet, hortatur, monet, corrigit, sed & doceri se, moneri, & corrigi sustinet, & gratum habet,

Ad hunc modum instituerunt Ecclesias Apostoli, & hanc fidelibus communionem rerum diuinarum & humanarum tradiderrunt, quam & singulæ Ecclesiæ, & singuli Christiani, pro donis cuique collatis exhibent Christianis omnibus priuatim et publice. Proinde quod primum Apostoli dabant operam, ut multarum Ecclesiarum quibus adesse non poterant, ipsi curam gererent, & eis frequentem, cum per literas, cum per nuncios, aliz quando etiam ipsumfmet inuiserent, & instruerent, id quælibet Ecclesia, & Episcopus, cui plusculum facultatis, & opum diuinitus datum est, alijs quibuscunque possit, & Ecclesias & fratribus, ubi opus esse uiderit, prestatore student, succurrunt qua ratione licet, coram et per literas, instituendo, et propugnando, omniaque ad piam uitam conferunt: sed & corrigo et emendando, ea quæ pietati nocentes. Hinc Ecclesiarum uisitationes per uiciniores Episcopos, hinc Synodi Episcoporum et Clericorum, conuentus Episcoporum ad peragendas ordinationes extiterunt, sicut & postea

stea Prouinciarum distributio, item Metropo-
litano rum, qui Synodos Episcoporum con-
uocare, et in eis præsidere, et prouinciarum
curam gerere debent, constitutio.

Sive igitur Metropolitani Episcopi sint, si-
ue quibus postea amplior, & plurium. Eccles-
iarum cura commissa est, Patriarchæ hi tamen
iure Christi, iure Ecclesiarum potestatem in
alias Ecclesiæ, quam quibus ipsi præfecti E-
piscopi sunt, hanc solam habent, ut curent,
quo Episcopi cuiusq; Dioeceseos RITE Eli-
gantur, & ordinentur, ut suum munus Episco-
pi singuli probe administrent, ut cuique suus
clerus & sua plebs in his quæ domini sunt, pie
obsequantur, Hæc & Metropolitani singuli
& Patriarchæ procurare debent, tum admo-
nitionibus, & per nuncios, & per literas: tum
inspectionibus, & Synodis. Per se autem in
nulla Ecclesia ius habent ea faciendi, quæ
sunt Episcopi: nec cuiquam Episcopo suam
potestatem aut functionem, QVAM DIV-
IS EA RITE fungitur, intercipere, uel
imminuere possunt. Hactenus Bucerus con-
tra Latomum.

DE RITIBVS SEC-
clesiasticis.

Ds

DE ritibus Ecclesiasticis docent, quod
ritus illi seruandi sint, qui sine peccato
seruari possunt, et prosunt ad tranquili-
tatem et bonum ordinem in Ecclesia, sicut
certæ feriae, Festa, & similia.

Si Apostoli semper fuerunt sui similes, pro-
fecto traditionibus uiuis non tradiderunt Ec-
clesias, quod ipsorum repugnat et aduersum
est Epistolis. Hæc Bullin. 2. Cor. 10.

Episcopi uocati sunt à Deo, ut quæ desunt,
uel minus recta sunt, corrigant atq; sarciant.
Bulling. ad Titum.

Infinita sunt facta tam à Christo, quam ab
Apostolis, quæ literis mandata non sunt.
Zuing. in Elench.

Oprtaremi quidem, si Ecclesijs omnibus in-
tegrum foret, Cæremonijs h̄sdem cunctos uti:
sed nemo persuaserit hac ætate, nec admodū
utile esset. Eras. Ritter. lib. Epistolarum Zuin-
gianarum. 5.

Quæcunq; constitutiones, ad externam ui-
tam decenter, & cum commodo proximo:
rum degēdam, ab hominibus constituuntur,
non humanæ, sed diuinæ traditiones sunt, di-
manantes scilicet ex lege dilectionis, manda:
torum Dei capite. M. Bucerus in cap. 15.
Matthei.

Cum in hac uita corporali, opus sit certis
ordinationib; temporum atq; Cæremonia:
rum

rum, concedit Euangelium, ut Cæremonijs
utamur, et simul docet, quomodo, et qua li=bertate eis utendū, Vide plura apud Melāch.
in Rom. Cap. 14.

Sæpe iam uidimus eos qui cum ueteribus
ritibus belligerantur, tamen natura uinci, ut
aut ueteres mores restituant, aut nouas ordi=naciones faciunt, quarum nonnullæ sic satis
agrestes ac Barbaricæ sunt &c. Vide ibidem.

Non probo pétulantiam illorum, qui sine
probabili causa traditiones ubiq; uiolant, seu
studio nouitatis, seu quadam contumacia. In
his enim non solum pietas, sed etiam huma-nitas iure desiderari potest. Quid est inhuma-nus quā aspernari publicos mores, præsertim
si uideatur disciplinæ causa instituti? Melanch.
in Rom. Cap. 14.

Ordinationes aliquæ certorum dierum aue-Cantionum necessariæ sunt, pacis causa &c.
Vide Melanch. totum negotium tractantem

Coloss. 2.

Hoc tempore prodest diligenter de retinen-dis ueteribus legibus disputare, cum tā multi
sint, qui earum autoritatem stultis ac seditio-nis sermonibus labefaciunt. Melanch.
Coloss. 3.

Maxime optarim hoc tempore publicas
Cæremonias in Templis retineri, quatenus
sine peccato retinere possunt: nulla enim res
magis offendit imperitam multitudinem,
quam

quam illa in Templis nouitas. Vide plura
apud Melanch. Cap. 3. ad Coloss.

Fortassis ubi res nostræ melius habituræ,
& his Ceremonijs scilicet, adhucere ac admovere
licebit, modo ea salua sint, quæ absq; dubio ab
Apostolis fuerint obseruata. Oecolamp.
fratribus in agro Basiliensi. lib. Epist. 4.

Nihil est damnandum, quod ulla ratione bo
num esse queat. M. Bucerus in Matth. 26.

DE REBUS CI- uilibus.

Confessio
Augusta.

DE rebus ciuilibus docent, quod legitimæ ordinationes ciuiles, sint bona opera Dei, quod Christianis liceat gerere Magistratus, exercere iudicia, iudicare res ex Imperatorij, & alijs præsentibus legibus, supplicia iure constituere, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, iuriurandum postulantibus Magistratibus dare, duce uxorem, nubere.

Damnant Anabaptistas, qui interdicunt hæc ciuilia officia Christianis. Eiusdem rei insimulat Melanchthon in Coloss. 2. Cap. Thomam Monetarium: & in Rom. cap. 14. And. Carlostadium.

De

DE IUDICIO EX.

tremo.

ITem docent, quod Christus apparebit in Confessio consummationæ mundi ad iudicandum, ^{Augusta.}
& mortuos omnes resuscitabit, p̄ijs & ele=ctis dabit uitam eternam & perpetua gaudia,
impios autem homines ac diabolos conde= nabit, ut sine fine crucientur.

Damnant Anabaptistas qui sentiunt ho= minibus damnatis ac diabolis finem poena=rum futurum esse. Damnant & alios qui nunc spargunt Iudaicas opiniones, quod ante resur=rectionem mortuorum, p̄ij regnum mundi o=cupaturi sint, ubiq̄e oppressis imp̄ijs.

DE LIBERO AR.

bitrio.

DE gratia & libero Arbitrio, ipsi sc̄p̄ hum= mani ingenij viribus, non est, in quo uel à recentioribus Theologis varie= mus. Credere & diligere, & quicquid boni fa=cimus, utiq̄ voluntatis est, & liberæ, non coas=tæ, sed ultro huc propendentis. Hanc autem voluntatem, et istuc liberū et sanctum Arbitriū, ^{Deus,}

**Deus ex sola sua bonitate, nullo nostro bono
motus, donat & inoperatur, iuxta illud. De-
us est, qui efficit in nobis, et uelle & perficere.**
Philipp. 2. Hæc Bucerus ad Abrincens.

Nos itaq; libenter confitemur, liberam esse
homini uoluntatem in omnia quecunq; illi of-
feruntur, quia nemine cogente eligit aut re-
spuit quæ eligit quæq; respuit, nunquam au-
tem posse probare & amplecti ueram pietas-
tem, nisi fretam actamq; spiritu Christi. Hic
enim dum abest, mortuus homo est delictis,
hoc est omni sensu ueræ uitæ destitutus, et agi-
tur præterea spiritu malo omnium scelerum
authore.

Habitus. Ut uero qui constanter & prompte recte ui-
uunt, aut alia ad utilitatem hominum agunt,
ea id præferunt, quod cernimus adesse ihs,
quos dicimus habere habitum aliquid agenti-
di facultatem scilicet, qua id cuius dicuntur ha-
bitum habere, agant constanter, prompte &
suauiter. Scholastici dicunt, ihs, quos Spiritus
Christi perpetuo agit ad uiuendum pie, adesse
donum gratiæ habituale, id Paulus uocat no-
uum hominem, nouam creaturam, institutio-
nem in Christum, & huiusmodi. Agnoscent
tantum præterea opus esse semper gratia mo-
uente & agente ad ea quæ recta sunt. Ita non
Veteres modo, sed etiam qui inter Scholasti-
cos probatores sunt, quicquid liberi arbitrii
hominis tribuunt, omnes consentiunt, siue pes-
culari

**Nouus
homo.**

tulari impulsu, & perpetuo actu spiritus dei,
homines nec conuertere se ad Deum posse, nec
conuersos perstare in uita Dei, nec lapsos resur-
gere, nec stantes & proficiētes persequi id, ut in
uita dei consumati sint, nec amplius labi pos-
sint, sed hæc omnia esse gratiæ Dei? Hæc M.
Bucerus in Caput Romanorum 9.

Damnant Pelagianos, et alios qui docēt, q̄ Confess.
sine Spiritu sancto, solis naturę uiribus possi= August.
mus Deum super omnia diligere.

DE CAVSA

peccati,

De causa peccati docēt quod tametsi Deus Confess.
creat et conseruat naturam, tamen Aug.
causa peccati est uoluntas, malorum,
uidelicet, diaboli & impiorum, quae non adiu-
uante deo, auertit se à Deo. Sicut Christus ait,
Ioan. 8. cū loquīt mendaciū ex se ipso loqtur.

Tanta equitate agit nobiscū Deus, ut quāq̄ Bucerus,
ominino hoc uerum sit, nos non posse ullā uel
cogitatiunculam rectam concipere, si illā Deus
nobis non immittat: quicquid tamen pec-
camus, ipsos nos oporteat, contra nos pronū-
ciare, & Deo hanc gloriam confiteri, iure eum
nobis irasci, & meritas de nobis sumere pec-
tatorum pænas, ut qui ipso reuelante, quę bo-
na sunt satis cognouerimus, ultronea tamen
peruersitate ad mala inclinauerimus. Viden-

D

1138

tar quidem pugnare inter se hæc Duo , quicquid delinquimus , culpam merito imputari nobis : & adeo tamen non esse in nostris viribus recte agere , ut nisi Dominus in nobis efficiat , & uelle & operari quæ recta sunt , prorsus impossibile sit , nos aliquid huius in animum inducere : Indeç miserè in eo laboratum est , & olim & hac tempestate , cum à Philosophis , cum nostris Scriptoribus , ut nobis aliquid facultatis iustè agendi , quod à nobis sit attribuatur . Sed hoc multo amplius cum eo pugnat , quod Deus est , si quis recta putet , quam illa duo inter se pugnare unquam uideriqueant . Nam simul atq; Deum cogitamus , cum cogitamus , à quo sicut ipsis toti existimus , ita nostra omnia , adeo ut nihil fingere liceat , quod non Dei in nobis sit liberum & proprium opus . Nihilominus tamen . Vbi ueritatem nobis suam Deus revelavit , & nos hanc prauitatem nostra detinemus , ne exeat in uitam , ipsum nostrum cor , ue est apud Ioannem , nos condemnat , & proprijs cogitationibus rei peragimur , Rom . 2. nec quicque subeunte excusatione nostrorum virium , quod ex illis nihil boni existere possit &c. Hæc Bucerus in Cap . Rosema . I.

De

DE CVLTV

Diuorum.

DE cultu sanctorum docent, quod me Confess. moria Sanctorum proponi potest ut i= Augu. mitemur, et bona opera iuxta uocas- tionem.

Non negauis unquam, nos meritis & preci- bus sanctorum, quantumlibet imperfectis, iu- uari . quod subdole mihi inurere conantur miseri homines. M. Lutherus ad Louanien.

De Sanctis concedimus, quod sicut uiri o- rant pro Ecclesia uniuersa in genere, ita in cę- lis oreant, pro Ecclesia in genere. Philipp. Me- lanch. in Apologia.

Sancti in cælis sua charitate flagrantes, non desinunt pro nobis intercedere. Quid igitur mali, si hoc petamus fieri , quod credimus Deum uelle , etiam si nihil tale præceperit : Quid mali , si & commendemus Patroci- nia Sanctorum, modo id circumspecte , op- portunc & modice fiat , pro auditorum qualitate. Id quod agit Chrysostomus , & Nazianzenus quoque in laudibus Cypria- ni : & obseruant hoc fermè omnes Ecclesiæ tam Orientis quam Occidentis. Joan. Oeco- lampadius Annotatione in Chrysostomi Iu- uentinum.

Certe negare nō potest, quin hñ, qui uiuūt in

D . 2 Christo

Not. 1

Christo bene cupiant Ecclesiæ ac membris eius
Si .n. Angeli orant pro nobis, quemadmodum
Zacharias testat, et si Christus ipse pro nobis
apud patrem intercedit, quō non et Sancti as-
ficerentur erga nos in Christo, et per Christū
in charitate, ac optarent nobis à Deo felicia
queq; attamen ut nec ex Angelis , ita nec
Sanctis faciendi sunt inuocatione & adoratio
ne dīj auxiliares, & non est in ipsos transferē-
dus honor mediatoris, qui Christo soli com-
petit. Brent. in cap. 16. Hom. 15. To. 2. & Ho.
13. sub finem. Si quis (in commemoratione
Diuorum) perpensa infinita illa Dei in Diuos
indulgentia & facilitate, & simul illorū, in nos
miseros adhuc conseruos suos et cōmembra,
charitate, animi ardore huc prorumpat, ut il-
los ceu præsentes præsens appellat, proq; se in-
tercedere ad Deū roget: id licet in nulla Scri-
ptura doceatur, si sic tamen fiat, Nulli Dam-
namus. Huiusmodi. n. primum ipsi Deum o-
rant, et tota fiducia Dei bonitate et merito
Christi nituntur: Sanctos uero inuocant, ut u-
na orent, nō ut pro se orent, ipsis orare aut nō
audientibus aut negligentibus: agnoscant ut
suas ita & Diuorum preces, nō ex ipsorū me-
ritis ualituras , sed sola Dei misericordia , &
Christi intercessione. Hac sic fidunt, quālibet
indigni, ut nihil dubitant, se quiduis exoratu-
ros, etiam si soli orent, nullis omnino Sanctis
pro eis intercedentibus, siue his qui agunt hic
nobiscum,

nobiscum, siue qui uiuant cū Christo. In ani-
mis sic comparatis, ut nihil uidemus tribui hu-
manis meritis, omnia uero misericordiae Dei,
& redemptioni domini nostri Iesu Christi: ita
quod Diuos, ut pro se orent, inuocant, licet id
faciant absq; ullo & iussu & exemplo Scriptu-
re, Damnare tamen non possumus. Atqui ad
hunc solum modū uidemus Orthodoxis Pa-
tribus, sanctorum Cælitum inuocationem u-
surpatam & traditam &c. Hæc in defensio: ad
Abrincensem Mar. Bucerus. De intercessione
Diuorū cum tota Christianorū Ecclesia sentio
& iudico pios Sanctos à nobis esse honoran-
dos et inuocandos. Quis n. potest contradice-
re his quę adhuc hodierna die mirabiliter ac uif-
sibiliter apud Diuorū Corpora et sepulchra,
operatur Deus. Hoc tñ fateor me dixisse nō es-
se Christiani homīs, Diuorū suffragia magis
pro temporalibus q̄ spiritualibus rebus, & co-
modis inuocare. Quotusquisq; enim iam ali-
quem Diuorū inuocat, pro impetranda pati-
tia, fide, charitate, castitate, et alijs spirituali-
bus donis: sicut pro diuitijs Annam, pro auer-
tendo igne sacro Laurentium, pro alijs atq; a-
lijs penit amouendis hunc uel illū sanctū. Nō
quod omnia hęc porro reiçienda sint, sed q̄
hominis Christiani est, magis ambire quę spi-
ritualia sunt, quam ea quę sicut corporalia, ita
et bestijs & ethnicis sunt nobiscū communia.
Præterea quidam eo' dementiæ peruererunt

D s ut pue

ut putent in potestate Diuorum esse huiusmodi penas, uel nobis immitere, uel a nobis aueterere: quum illorum sit non adiuuare, sed tantum intercedere & impetrare ut haec omnia, non per Diuos, sed per Christum fiant. Proinde sic inuocandi sunt, ut Deus per illos inuocetur & honoretur. Sicut in Psal. 131. legis mus. Memento domine David, & omnibus mansuetudinis eius. Sic S. Moses in precatiōnibus suis offert Deo Patriarchas Abraham Isaac & Iacob, quemadmodum & Ecclesia haec omnia suo exemplo pulchre docet. Hęc ex Martini Lutheri purgatione, qua conqueritur sibi aliquot Articulos falso suisse a malevolis impositos.

DE IMAGINI- bus Diuorum.

M. Bucer
tus.

Non putō nulla ratione posse Imaginibus uti Christianos, sed uelim sic usum carum esse attemperatum, ne, quid gloriæ Dei, & ædificationi Ecclesiæ derogaretur. Nemo est sane cordatorum hominum, qui hodie non queratur, magnam circa haec superstitionem regnare, sumptusq; multis fieri, quos longe præstiterat fieri in esurientem, sitiensem, nudum, peregrinum, infirmum, captiuum Christum. Hęc M. Bucerus in Psal. 115.

Nam

Nam si arceatur supersticio, ne Simulacra
obsint, etiam si nulla ab illis, dum sacri aguntur
conuentus, et Euangeliū adnunciatur, pre-
cessq; Sanctæ funduntur, percipiatur utilitas,
Poterit tamen percipi alijs temporibus, dum
herba sacra silent, Quod enim per se impium
non est, & habet ut uel aliqua ratione pie usur-
petur, id causa esse nequit cuiquam, qui impñ
usus conuinci non potest, communionē Chri-
sti renuciandi. Hęc Bucerus in Romanis suis.
At qui nullo dignari imagines loco, nec agno-
scere, quod cū omnino earum rerum, quarum
signa sunt, in mentem uenire faciunt, saluti in-
staurandæ seruire queant, dum exprimunt,
salutaria, uidetur fieri præter rationem. Hęc
Bucerus ubi supra.

Phanatici spiritus sunt igitur, qui tantis tu-
multibus in Templo diuunt Altaria, & sta-
tuas euertunt, ac pietas imagines ex iunctis &
miseris parietibus eradunt, in condib; ipsiſ
Idololatrac; Martinus Luthe, in capitulo I.

DE CELIBATV

Sacerdotum.

Q Vi ad ministeria Ecclesiastica uocantur,
si afficiens Ecclesię calamitatibus, si
oneris sui magnitudinem animo metie-
tur, si cogitabunt quamdifficilis sit explicatio
dogmatum, & gubernatio Ecclesiæ, hęc

eturæ ac miseriæ facile excutient eis cogitationes de coniugio. Philipp. Melanch. in postrema Locorum communium æditione Cap. de castitate.

DE VOTIS ET delectu Ciborum.

DE seruandis uotis, & delectu ciborū hactenus satis cōuenerunt noui Euāgelij, noui Ministeri, cuius rei nonnulli duas ponunt causas; alteram quod ut plurimū sunt Apostatē; alteram quod iuxta Comicū, sine cerere & Bacho friget Venus.

Sunt qui se ipsis castrarunt, hoc est cū māriti esse possent, ultro sibi cælibatum delegarunt, idq; propter regnum cælorum, ut scilicet solius gloriae Dei propagandæ inseruant, & nulli peculiaiter addicti, ministrent ad salutē omnibus, hoc est curent, quæ proprie domini sunt, ut ipsi se per omnia probēt, sancti corpore & spiritu, adhæreantq; ei absq; ulla distractione, id est, omnino specimen quoddam futuræ uitæ, & cælestis exhibeant. His demū bonum est, absq; coniuge uiuere, quia datum eis, id est, propter regnum cælorum, ita uiuūt, Talem se Paulus 1. Corin. 7. fuisse testatur: & ad similem ibi felicitatem alios quoq; horretatur, quo minore sollicitudine eorum quæ in mundo sunt, Dōmino possint adhærere, & mundo

mundo uere uti, tanquam non uerentur. Hęc
Bucerus in cap. Matth. 19.

DE MATRIMONIO.

Matrimonium Sacramentum dicitur. Est namq; typus rei nobilissimae & sanctissimae, hoc est, unionis humanae & diuinę naturę in Christo. Hinc inquit Paulus: Quemadmodum uir & mulier duo quae=dam unū sunt in carne una, ita Deus & homo unus Christus, ita Christus et Ecclesia, unum corpus, quod profecto magnum est Sacramē= tum. Omnino itaq; res sancta est & sacra ma=trimonium, si rite fuerit obseruatum: in cuius typo significatur is, qui cum Deus esset, factus est homo, qui cum in cœlis, habitauit in ho=minibus, seruet illis impartiens, cuius exem= plo coniuges quoq; uiuant.

Aduertendum est hic, uel propter Dei honorem, quam Sacrosanctam rem repreſentet copulatio Viri & Mulieris, certe humanitatē Christi Iesu ſeruatoris. A quo hoc priuilegium manauit, ne affectus carnis prorsus eſſent leta=les. His enim in nobis extirpari non poſſunt penitus, mortiferi tamen ſunt, quoties extra Matrimonium consummantur.

Quapropter coniuges dignitatem huius Sa=cramenti perpendant uenerenturq;. Uxor uir debitam benevolentiam reddat, ſimiliter et

D v uxor

Maxor viro, uideantq; ne propter importunas
concupiscentias affectus humanus fiat belui-
nus et irrationalis. M. Lutherus Tomo. I.
Concione de coniugio.

DE PURGATORIO.

M Ihi certissimum est, Purgatorium esse.
Nec uultum me mouet, quid blateret
Hæretici, quando iam mille & plus cę-
tum anni sunt, quod Beatus Augustinus in
suarum confessionum lib. 9. pro matre, et pa-
tre suo orat, & orandum petit. Et eadem fana-
cta mater eis moriens (ut ibi scribit) memo-
riam sui optauerit ad altare Domini. Sed & à
B. Ambrosio id factum narrat. Quod si etiā
tempore Apostolorum non fuisset purgato-
rium (ut superbit fastidiosus Pighardus) nun-
quid ideo credendum est Hæretico, ut quin a
quaginta annos nuper nato, & fidem tot secula
lorum falsam fuisse contendendum? maxime
cum ipse nihil aliud faciat, quam quod dicit,
non credo, & sic probauit omnia sua, & im-
probauit omnia nostra, quasi non & lignum
& lapis non credant.

M. Zuino
glus Ar-
ticulo
Sexagesi-
mo. Si quis pro mortuis sollicitus, apud Deum
gratiam eis implorat aut precatur, non dam-
no. Sed tempus definire de hoc & propter
questum mentiri, non humanum est, sed
Diabolicum.

Purgatorium esse credendum est firmiter et ego.

Ego certo scio quod miseræ animæ ineffabiles in illo patiuntur pœnas, & quod tenemur Luth. in
& debemus illis subuenire, orando, iejunando, eleemosynas dando & alijs quibus possimus modis. &c. declaratio
ne Articulorum.

DE HERETICIS

& Schismaticis.

Syagogæ Antichristi, & conuenticula hereticorum hominum, hanc notam propriam habent, ut aliqua contra uerbum et institutum Domini in doctrinam usumq; Sacramentorum, uel disciplinam sibi deligant (unde et nomen ὁρέσεω uenit) & pertinaciter tueantur. Secessiones autem schismaticorum sunt cætus illorum, qui quidem eandem doctrinam, Sacramentorum dispensationem, & disciplinam usurpant, sed communionem in his cū alijs Ecclesijs, eadē pie obseruantibus, abscondunt, easq; ternere, tanq; alienas à Christo cōdemnant. M. Bucerus contra Latomū de Ecclesia & eius authoritate.

Nemo unq; peruersum hominem, uerbis aut sapientia uicit: nec fidei causam suis uirib. ullus unq; defendit, ut in omnibus hereticis monstratur est, quando nec Apostoli, nec Prophetæ neq; adeo ipse Christus suos hypocritas potuit superare, cū impñ etiā uicti, uicti esse nolint. M. Luth. in Psal. 16. Hoc uidimus et uidem⁹ i omni⁹ hereticis obtigisse, ut primi, qdē hominib, placuerint, sed postea dissipata

sunt ossa eorum, confusi sunt, quoniam Deus
spreuit eos. M. Luth. in Psal. 5.

Nec unquam ulli Hæretici uicti sunt, ui aut
astu: sed mutua dissentione sicut inter Sichimi
tas Iudicum. 9. inter Babiloniæ turris opera-
rios, & in nostro Testamento inter Arianos
Donatistas, Pelagianos. Sed & Iudei nouissi-
ma uaftitate perierunt dissensione. Ita ut Hila-
rius Sanctus uir glorietur in libro de Trinitate
bellum Hæreticorum esse pacem Ecclesiæ.
M. in Psal. 5.

v. Obsopœus. Periculosa res est, & quæ cuicq; contentio so-
uilementer perpendenda est, id genus opinio-
nis semel animo conceptum proponere & de-
pendendum suscipere, quod etiam cōuicti, per-
uerso carnis pudore illud relinquere non pos-
sumus. Hoc omnibus usu uenisse Hæreticis ne-
mo negare potest. Supra modum enim graue
est cani, opinionis & erroris tantopere ante af-
ferti, palinodiam canere, aut à priori sententia
discedere: qua re uereamur, ne nostra immi-
nuatur apud homines opinio, aut existima-
tio, adeo ut citius ueritati, ipsiq; Christo iniu-
tiam fieri patientur, quam opinionem nostrā
improbari. Vincentius Obsopœus in præfa-
tione Sermonum Lutheri de Eucha.

**H. Bul-
ting.** Hæreticorum ingenium est, scindere Eccle-
siam, separare, & sibi assecias facere, gregi non
parcere, discordias seminare, peruersa docere,
post se homines trahere, partes, sectas, & fa-
ctiones

tones instituere, propriam constituere Ecclesias &c. H. Bullingerus Tracta. 6. in Anabap.

Peculiare siquidem hoc, & Priscis, & nostri M. Buce.
seculi Hæreticis esse uide mus, omnem
eruditionem ueram damnare, nec id quidem
abs re. Vident enim quo mentes hominum
ad ueri cognitionem sint instructiores, hoc
minus ualere ipsorum imposturam &c. M.
Bucerus in præfa, ad Roma.

Quamuis plantentur Hæreses, & non nihil M. Luth.
florent, tamen non ferunt fructum. M. Lu=

the, in cap. Ionæ. 3.

Sunt quos rerū oblectat nouitas, sunt quos H. BUL.
gloria uexat inanis, qui scilicet nouam aliquā
lucem Orbi primum intulisse uideri uolunt,
aut certe uidisse aliquid quod ante ipsos uide-
rit nullus &c. H. Bulingerus in Aler. Ortho-
dox. utriuscq; Naturæ in Christo.

DE BONIS EC- clesiasticis.

M Agistratus hodie in Euangeliō qua-
rit Dispensationem, utinam non direc-
tionem opum Ecclesiasticarum. Cō-
cionatores quoq; ipsi Euangeliū prædica-
tione uenantur honores, opes, uulgi fauorem
& gloriam huius seculi. Ac promiscua plebs,
sperat se in libertate Euangelica reperturum,
quod

quod decimas & census nullo iure diuino pēdat. H. Bullin. in cap. Matth. 20.

Sane si Magistratus bona Ecclesiastica non legittime, & ita ut instituta sunt, sancte ad ministerij uerbi, pauperū, publicarumq; calamitatum subleuationem sustentationemq; usurpauerint aut dispensarint: si illa conuerterint in usus uel priuatos uel prophanos, si neglexerint studia, si non curarint pauperes, si res suas & suum Compendium quæsierint, non modo Iudæ similes erunt, sed omnibus Episcopis, Pfaffis & Monachis consceleratores. Multi enim ex his per ignorantiam peccarūt: illi uero uidentes quā male cesserit his aurum Tolosanum, nihilominus contra propriam cōscientiā pergunt sese sacrilegio polluere, nō ignorantes quanta hinc ipsos maneant temeritatem. Et sub finem. Admoneo ergo omnes quibus commissa est dispensatio Ecclesiasticarū facultatum, ut pietatis & æquitatis memores, boni & fideles sint dispēsatores, malintq; imitatores esse Stephani fidelis Diaconi, quam Iudæ proditoris perfidissimi. H. Bullinge. in cap. Matth. 26.

Nunc confusa sunt omnia: rapiunt ab Ecclesijs, quicunq; possunt, alij sub falsis Titulis, Ecclesiasticorum hominum, alij sine Titulis Reuocetur ergo in his tandem Ius Ecclesiæ animaduertatur in sacrilegos, qui cunq; tandem illi sunt, Habeant Ecclesiæ sua bona sacrosancta,

ta, sed ut seruant soli Religioni, soli pietatis,
sicut Deus ipse & S. Patres constituerunt.
Huic necessariæ restitutioni rerum Ecclesiastici
carum, quicunq; sese non impenderint
omnino, hos ego nūquā agnoscam
in nostro grege. M. Bucerus
aduersus Latomum.

Pag. 254.

F. IOAN. HOFFMEI.
sterus Ahas gēmas ī ædificationē
Ecclesiæ, et cōfusionem hostium
Ecclesiæ diligenter ex Lu-
theranorum et Zuin-
gianorum scriptis
collegit.

EXCVDEBAT INGOLSTADIL
Alexander Vueissenborn.

1874515

THE HISTORY OF
THE ENGLISH
PEOPLES
BY
THOMAS
BROWNE
LONDON
PRINTED FOR
T. C. DODSLEY,
1780.